

anche tra i cavilli
della logica.

la quale però, è
per lui mezzo e non
già fine, poiché mi-
ra più all'eloquen-
za e soprattutto alla
filosofia morale.

Accetta rassegnato
la povertà, dolente
che non la soppor-
tino con ugual pa-
zienza i genitori.

Apprese con gioia
l'onorifica posizio-
ne conseguita.

Avrebbe scritto più
a lungo, se non do-
vesse domani par-
tire in fretta per
Faenza.

minime possim. miraris et tu, mee conditionis non inscius, quo-
modo garulis sophismatibus circumsessus tantum oratoris gradum
scandere et, quod plus dicis, retinere valuerim^(a). quantus hic
gradus sit et quam altus, tu videris. sed tamen non despero, quod,
si huic studio intentum me dederò, satis abunde proficiam. logice 5
quidem discipline, quam aliis trado, ita insisto ut eam michi viam
ad alias statuam et non finem, sed plerunque oratorie, cuius ea-
dem ratio est, plerunque etiam et multo studiosius philosophiæ^(b),
non solum ei que naturam rerum ostendit, sed ei quoque in qua
omnis recta ratio vivendi consistit. his studiis insudare et in eis 10
iocunde vivere, quandiu Deo visum fuerit, decrevi, nec me ab hoc
proposito ullus fortune impetus, ullus casus deterrere poterit. pau-
pertate igitur, ut tu me hortaris, minime moveor: eam enim iam
michi quodammodo in nutricem assumpsi, et quanvis aliquando
molestam habuerim, nunc eam ut placidam hospitem teneo. magis 15
me gravat et maxime torquet parentum inopia, qui non eque pa-
tienter ut vellem incommoda sua ferunt. tuis autem commodis
et honoribus, que per litteras tuas michi nota fecisti, etsi virtuti
tue vehementer imparibus, summe congaudeo^(c), sicque semper
eventurum speravi, neque tibi, uti alias scripsi, nisi bene sperare 20
possum, qui ab illis infaustis littoribus ereptus sis. denique
honores hi, lucrum et libertas, amicitie et affinitates, et hec omnia
que enumeras, ornamenta sunt felicitatis, quam tibi minime dare
poterunt nisi tu tibi ipsemet dederis. vale et me tuum crede^(d).
addidissem fortasse plura his litteris, sed plurimis vexatus que per- 25
agere habeo, vix hoc parum temporis quo tibi scriberem michi
subtraxi, cras versus Faventiam, ut opinor, iturus. per Petrum-
paulum tuum.

(a) *Gu M* potuerim (b) *Gu M* phistice (c) *BPC* vehementer impar sum mecum
gaudeo (d) *BPC* crede. Padue .fi. id. april. 1402 *Gu M om.* crede